

9 ¶ Idem Leo. 10. concessit fratribus Mēnori-  
bus regularibus Observantiæ, [ & per conse-  
quēs ōnibus aliis Mēdicātib[us] ] quod semel  
in quolibet āno [ ultra alias Indulgētias quas  
à Sede Apostolica habent ] possint plenariē  
Absolui, & Indulgentiam plenariā consequi  
in festo Sanctę Catherinę Virginis & Marti-  
ris, Ex Compendio vbi supra, num. 10.

10 ¶ Sixtus. 4. concessit fratribus Carthusiensi-  
bus, quod possint per Confessorem Ordinis  
semel in āno in festo Natiuitatis V. Marię  
ab omnibus peccatis [ etiam Sedi Apostolicę  
reseruatis ] plenariē in perpetuum absolui.  
Ex Compen. vbi supra, nu. 12. Hoc priuile-  
gio gaudemus ōnes fratres Mendicantes per  
cōmunicationem. ¶ Doctissimus pater Ma-  
gister Alphonsus notat pro omnibus supra  
dictis priuilegiis, & aliis similibus, q̄ quan-  
do in eis dicitur, quod Fratres possint plena-  
riē absolui a peccatis : dato q̄ in illo mētio  
non fiat de Absolutione à cēsuris, nihilomi-  
nus hoc debere intelligi. Nam virtualiter, &  
generaliter concedit Papa, quia nullus po-  
test à peccatis absolui, nisi prius ab Excom-  
municatione absoluator. Quod probatur  
per cap. Præterea, & cap. Suspensionis de  
offi